

petia suspend. in Aceti lib. per ix. dies : dein iu-
sum adhibeat, loca affecta bis in die ablue-
do, & confricando.

Ad Cutim detergendam; & materiem Macu-
larum foras extrahendam.

Masticatoria.

R. Pul. Rad. Pyreth. 3 ss. Mastich. 3 jj. Ol. Ga-
ryoph. Origani à gut. fij. Oxym. Scill. & Cere à
q. s. f. Pilæ justæ magnitudinis.

Conveniunt in Catarthalibus Capitis, & vici-
norum locorum Affectibus; item in Uvulae pro-
lapsu, Dentum doloribus. Licet non immedia-
te evacuant e Cerebro, quia tamen lympham
evacuant, & à Cerebro avertunt, secundariò
opem ferunt in Cephalalgia, Hemicrania, Apo-
plexia, Paralyfi, Lethargo, &c.

Sæpè etiam Sternutatoriorum vicarii sunt,
ubi ea minusuta sunt; & nihilominus seri ubi-
rioris evacuatio per Nares, aut loca vicina, im-
mediatè institui debet.

Mel. Passulatum.

R. Uvar. Pass. Malacens. à staminibus & acinis
mundat. libij. Uvar. Corinth. lot. libj. Jujub. libss.
Terantur in mortario. Coq. in Aq. Hord. q. s. f.
Expressio fortis, cui per subsidentiam depur. &
rursus col. adde Mellis despum. & Sacch. cry-
stal. à 3iv. Coq. lento igne, & reduc. ad Mellis
consistentiam.

Inter Pectoralia Incrastantia, & Demulcentia
præstantiora, locum habere meretur.

Mel. Passulatum juxta Mayerne.

R. Uvar. Passiarum libiv. Aquæ libxij. Macerent-
rur horas 24. Deinde coq. ad remanentiam ter-
tiae partis. Col. & colatura decoquatur ad Mellis
consistentiam.

Pass.

Passulae Solis dictæ propter Tartaream Aciditatem cum Saccharino Dulcore delectabiliter combinatam , magis quam Malacenses palato gratificantur , Sitim alleviant Obstructiones expediunt , atque in sisticulosa Febre , & Affectio ne Hypochondriaca commodius usurpantur

Malacenses rarius quidem præscribuntur ; sed tamen illas alteras Mucagine medicamentosā longè antecellunt ; atque eo nomine , in Morbis Pectoralibus , & ubicunque vel Partes lenienda , & lubricandæ ; vel Serum acre crudum obtundendum , aut maturandum , venerint , multò expetibiores sunt habendæ .

Mel. Pectorale.

R. Mellis fibj. Rad. Enulæ , Glycyrrh. $\frac{1}{2}$ j. Sem. Cymini , Anisi , Fœnic. dulc. Flor. Sulph. $\frac{1}{2}$ fs. Ponantur omnia in vase figurino invitreato fibvj. capaci : pasta obducatur ; & in furno (post panes domesticos extractos) xij. horas coquatur : per colum liquor clarus (fecibus in fundo relictis) decantetur .

Dos. cochl. j. sæp.

Miftura Acovistica.

R. Tinæt. Caftor. 3ij. Ol. Salv. Rorifmar. Garyoph. Major. $\frac{1}{2}$ gut. ij. m.

Auris partes internas roborat ; Tympani laxatum tonum restituit ; Nervum Auditorium obstructum aperit ; Spirituumque commeatum liberorem allicit : Multum valet contra Tinnitus , & Surditatem . Sin verò Auris cerumine & sordibus infèciatur , antè hujus usum debet , ope liquoris appropriati , per syringam injecti , repurgari . Gut. iij. Cotone , vel Lanâ excepta , in Aurem immittantur ; & singulis diebus vesperi renoventur .

Ali-

Aliquot (ex Sennerto) regulas generales, in omnibus Aurium morbis curandis observandas, proponam.

1. Medicamenta quæcunque Auribus immittuntur, sint Tepida; non intense Calida, vel Frigida.

2. Nova Medicamenta non imponantur, nisi Auris à forde praecedentis Medicamenti optimè expurgata sit.

3. Unâ vice iiiij. vel. iv. guttas immittere sufficit.

4. Post Medicamenti in Aurem immisionem, rēger super Aure fana jaceat.

5. Auribus immittenda ne sint valde Unctuosa, aut Viscosa.

6. Caput in omni Surditate diligenter robortandum, tuin Internis, tum Externis.

Et ex Wedelio sequentes.

7. Suffitus magis exiliuant; Vaporosa humida magis demulcent: Oleosa & Spirituosa magis difcutiunt, & roborant; sed in singulis cavendum est semper ne quid nimis.

8. Immisis Topicis, Masticare consultum est, ut magis penetrare possit Medicamentum.

9. Si Aurium adfuerit Tinnitus, Tubæ Acousticæ rarius prodesse solent; inquit Nuck. p. 55.

Oleum Amygdalarum amararum in Surditate, & Tinnitus quidem Aurium commendatur; sed ob Aurium anfractus, in hujus usu, cauto opus est. Id enim ad Tympani membranam ubi profluxit, cum haud facile extergi queat, laxat interim Membranam; atque ita gravi Auditui non modo non medetur, sed porro eum auget: Sim. Pauli Quadripat. de Amygd. p. 19.

Mift. Alcalisata.

R. Coral. rub. in subtile Alcochol lævigando
redacti 3ij. Sal. Absint. 3fs. Aq. Laet. Alexit. Ment.
Cinnam. Gent. comp. a 3ij. Spir. Sal. Armon. Spir.
Lavend. comp. a gut. 8o. m.

Contra Vomitum, Angorem stomachalem &
dolorem, dentur cochl. ij. singulis horis.

Mift. Ammoniaca.

R. Gum. Ammon. Succi Glycyrrh. Hisp. a 3ij.
Diffolv. f. a. in Aq. Hyssopi 3ij. Col. adde Syr. e
Succo Hed. terr. Oxym. simpl. a 3ij. Ol. Anisi gut.
ij. Tinc. Benzo. 3ij. m.

Adversus spirandi difficultatem detur cochl.
j. saepè.

Mift. Apopleptica.

R. Bals. Peruv. gut. xxxij. Ol. Nuc. Mosch. gut.
fv. Ol. Garyoph. gut. ij. Sacch. alb. 3ij. Vitel. Ov.
N. j. Ritè committis adde Spir. Lavend. comp.
3j. Spir. Cochl. 3fs. Aq. Ceraf. nig. 3ifs. Aq. Paeon.
comp. 3fs. Sp. Sal. Armon. gut. xvij. m.

Detur cochleatim.

Mift. Ad Arenulas.

R. Syr. Alth. Ol. Amygd. dulc. a 3ijj. Spir. Vi-
ni tartarif. (vel Aq. Regin. Hungar.) 3ifs. Vi-
tel. Ov. N. ij. Ol. Anisi gut. viij. Spir. Sal. Ar-
mon. gut. 6o. vel 8o. m.

Dof. cochl. iij. alternis horis.

Miftura Aromaticia.

R. Tinct. Sal. Tart. 3vj. Ol. Cinnam. Garyoph.
Nuc. Mosc. a gut. vj. Piperis, Absint. Ment. a gut.
iv. m.

Vel fieri potest Aromaticia volatilis, Recipien-
do Tinct. Tart. 3fs. Sp. Sal. Armon. 3ij. & Olea
dicta.

Stomacho apprimè utilis est ; ejus Calorem,

P &

& Robur sovet; Inflationes discutit; Cibi fastidium tollit; Appetentiam excitat; Concoctionem promovet. Dof. gut. xx. vel xxx. ex haustu Vini Canar. vel albi.

Miftura Aſthmatica.

R. Aq. Papav. errat. 3ix. Ozym. Scillit. 3ij. m.

In hoc Affectu ut plurimum deprehendere est, Sanguinem æstuosè bullientem; Obstructionem Bronchiorum phlegmaticam; Constrictionemque fibrarum spasmodicam; quibus omnibus directe it obviam haec Miftura. Dentur 3iv. bis, tertè in die, Paroxysmo urgente.

Infantum Asthma utplurimum è Ventriculo onerato oritur; dum mucilagine acidae coaceratae, & flatulenta turgescentia tumefactæ, irritant orificium superius Ventriculi; unde per consensum firmissimæ connexionis Diaphragmatis, & Musculorum Expirationi inservientium, Pectus tenellum aggravatur. Ab hoc Asthmate, provocato Vomitu, statim liberabuntur, auctore Primerosio Etmull.

Miftura Aurea.

R. Succi Chermes col. 3fs. Syr. Garyoph. & è Rubo Idæo à 3ij. Ol. Nuc. Mosch. gut. ij. Ol. Garyoph. gut. j. Fol. Auri N°. v. m.

Virtutis magis quam Substantiae respectu verè Aureum hoc Remedium, tum Matrem, tum Fœtum, singulariter adeò reficit; vigoremque & vitalitatem utrisque impertit; ut si per Menstrum antè Puerperium, ad cochl. j. bis in die uferetur, felicissimum Partum, vividumque Infans tem reddere perhibeat.

Mift. Balsamica.

R. Balf. Capaiv. 3fs. Vitel. Ov. N°. ij. Syr. albi 3ij. Vini albi 3vij. m. & col.

Copayva longe nobilissimum esse remedium expertus sum; ac inter Balsama præstantissima primas obtinere dignum judico: Quoniam vero nondum satis pro merito paullum omnibus innotuerit; quasdem ejus proprietates hic coram sistere, & breviter explicare lubens sustinebo.

Sapore donatur Amaro, Acri, Terebinthinaeo, admodum penetranti, & in ore durabili: atque licet videatur esse quedam Terebinthinae species; Urinam tamen Odore violaceo minimè inficit; illam vero Sapore manifeste amaro imbut; ejusque & Seri sanguinis, & Salivæ, muriaticam sal sediniem mirificè delet.

Sanguini Balsamicum characterem imprimit, illiusque Cachexiaæ, scorbuticæ, rancidæ, & putredinali medetur. Valet (non tantum externe applicatum, sed & interne etiam exhibitum) ad Ulcera sananda; ad paralysin, Arthritidem. Dorsi debilitatem doloremque, necnon ad Ekuorem album, & Gonorrhœam.

Renes, Ureteres & Vesicam, Arenulis, Mucō, aut Pure obstructos, relaxatos, aut Ulcerofos, mirum quantum detergit, firma, & sanat.

Urinam ciet; ejus Ardorem extinguit: Contentaque cruenta, fæda, & purulenta, præ omnibus (quantum novi) aliis, efficaciter expurgat. Novi quandam, chylum pro lotio excrarentem, hujus beneficio integrè sanitati restitutum.

Thoracicum iustè audit Optimum; Bronchia detergit; Pulmonibus tonum, & sanitatem conciliat; atque (uti opinatus sum) Tubercula cruda dissipavit: Etenim observavi Tufoles horrendum periculosas, & Phthisin aperte minitantes, hujus foliis usū (ultra omnium expectationem) penitus percuratas: Atque licet inten-

sé amarum, & manifestè calidum sit ; Hecticis tamen optimè convenire notavi ; quia falsè dinem nempè, & acrimoniam tam potenter domat ; putredinalemque inquisitionem oblitterat.

Si ad 3ij. vel 3ij. pro dosi, sub forma potionis albæ propinetur æquè Catharsin molitur, ac ipsa Terebinthina.

Aliqui celebrant ad Diarrheam & Dysenteriam : de hisce verò Virtutibus nihil adhuc habeo experientia compertum.

Ut finem tandem faciam ; Nemo potest hanc Misturam ullius culpæ caufare ; nisi forsitan id illi vitio verterit, quod palato non nimium blanditur. Detur cochl. j. manè & vesperi quotidie, per sat longum temporis cursum ; si verò alvum justo magis laxaverit ; vel dosis minuator ; vel per vices aliquot subindè omittatur.

Mist. Balsam. Cephalica 3xij.

R. Bals. natural. Peruv. 3j. Ol. Nuc. Mosch. Garyoph. à gut. iij. Rorifmar. gut. vij. Ovi vitel. j. Subactis in mortario adde Sacch. alb. 3vj. Spir. Lavend. comp. 3ij. Aq. Bryon. comp. Paeon. comp. à 3ijs. Aq. Ceras. nig. 3vij. Spir. Sal. Armon. gut. sexaginta. m.

Dos. cochl. iv.

Mist. Balsam. Gileadensis.

R. Bals. Gilead. veri 3j. Tinct. Benzo. Spir. Lavend. comp. à 3ijs. Vitello Ov. ritè malaxatis adde Syr. Bals. Tolut. 3ijs. Vini Malacens. 3iv. m.

Pro Phthisicis dosis cochl. j. ex Lacte, aliove idoneo vehiculo.

Mistura Balsamica Nephritica.

R. Bals. Copai. 3ijs. Ol. Junip. chym. 3ijs. Vitel. Ov. N. ij. Syr. de Alth. comp. 3ijs. Aq. Perficar. 3x. m.

No.

Nobilissimis donatur viribus; ad Ulcera interna sananda; ad Arthritidem; Dorfi debilitatem & dolorem; Fluorem album. Et Gonorrhœam. Urinam ciet; & Calculos tam ex Vesicula fœlea, quam ex Renibus, pellit, uti nuper, non sine stupore, perexperientiam eductus fui exemplo cuiusdam Artificis in hoc Oppido (sc. Peters fieldia) degentis, qui doloribus Nephritis & Colicis horrendis excruciatuſ, in motu Convulſivos omnium membrorum tam fortes incidit, ut à plurimis robustis viris in Cathedra sua detineri non potuerit. Pensitatis morbi Symptomatis, Salia volatilia, & Remedia Antiepileptica fore inutilia credidi; ergo propinare Misturam laudatam in animum induxi. Aſſumptis plurimis cochlearibus; Urinæ (cum fabulo arenoso) magnam quantitatē reddidit. Atque varios Lapillos (Capparum magnitudine) per anum excrevit; qui procul dubio per Ductum Biliarium ex Vesicula Fœlea descendebant: atque ita pristinæ sanitati fuit (plaudentibus Amicis) restitutus. Ita Communicator.

Mift. Balsam. Pectoralis ibij.

R. Balf. Capaiv. Əiv. Balf. Peruv. gut. xvij. Ol. Nuc. Mosch. gut. iv. Ol. Anisi gut. ij. Tinct. Benzo. Əvij. Vitel. Ovi j. simul triturando incorporatis adde Syr. Balf. Tolut. ȝij. Decoct. Pector. ȝxxx. m.

Dof. ȝiv. cum. Spir. Säl. Armon. gut. xij.

Mift. Balf. Peruviana.

R. Balf. Peruv. Ol. Mac. expr. Tinct. Benzo. ȝiv. Ol. Anisi gut. j. Vitel. Ovi j. perfecto subactis adde Tinct. Dulc. ibſs. (vel Vini Canar. ibſs. & Sacch. albi ȝj.) m.

Balsamus Peruvianus cum Vitello Ovi folu-

tus longè acriōr, & penetrantior est, magisque fauces velicit, quām per se gustatus, inquit Ettmuller.

Dos. cochl. j. in vehiculo grato & idoneo.

Mistura Bechica.

R. Diacod. ʒ iſs. Mithrid. Diaſcord. ᷄ 3j. Lohoch. ſan. ᷄ 3ij. Aq. Puleg. ᷄ iv. m.

Strenuē militat contrā Tuſſim, à frigore ſucepto contractam, dum adhuc recens eſt, temneque rheuma ē glandulis expuitur: Incraſſat enim, obtundit, lubricat, ſpirituū irritationes placat, & Diaphoresin promovet. Detur pro haſtu singulari lectum petituro.

Mift. de Bolo.

R. Aq. Cinnam. hord. ᷄ iv. Aq. Ment. Syr. Myrt. (vel ē Rof. ſice.) ᷄ 3j. Boli pul. ᷄ ij. Diaſcord. ᷄ 3ij. Ol. Garyoph. gut. j. Laud. liq. gut. xxx. m. pro duabus dosibus.

Inteftina confortat, roborat, & moderatè; conſtringt; eorum dolorem, nixusque ſpasmodicos conſopit; humorumque vaporumque acriū radios ad corporis circumferentiam, & foras, per diaphoresin amandat: atque ita ad Diarrhoeam ſympomaticam, Hypercathartique medicandam, remedium eſt omnibus numeris inſtructūm.

Quoniam Bolus hanc Mifturam ingreditur, arreptā obiter occaſione, paragraphum ſequentem ex Wedelio (Alcali, & Acidii Patronis legendum) huic tranſferre fert animus.

Notandum (inquit ille) teste experientia, Terrea & Bilem præcipitare; ac Acidos Succos ipſosque Serofos absorbere: Unde concludi abſolute non valet. Ubiqūque profunt medicamenta Alcalina, ibi peccare Acidum, testatur enim

enim Experientia, in plurimis ægris & Affectibus, Terrea prodeße, ubi, omnium consensu, Acidum non peccat; sed Bilis regurgitat, & spumeſcit; quam diſſociant, inhibent, & in motu ſuo præternaturali refranant.

Quibus conſentaneum eſt hoc Domini Floyeri experimentum, quod Species Decocti amari, Lixivio ē Testis Oſtrearum parato incoctæ, Amaritudinem deponunt, & ſubdulcescunt.

Mift. Cardiacæ Aquosæ ibij. 3x.

R. Aq. Ceras. nig. Aq. Laet. Alexit. a 3xij. Cinnam. hord. Epidem. a 3vij. Aq. Cœleſt. 3ij. m.

Mift. Cardiacæ Edulcorantis 3vj.

R. Syr. Garyoph. 3iv. Syr. ē Rubo Idæo 3iſs. Conſect. Alkerm. 3iſs. Ol. Nuc. Moſc. gut. iv. m.

Hæ duæ Mifturæ ideo ſunt excogitate, ut compendiosè agatur; & exinde ſubitō & extempore Julapium Cordiale diſpenſetur. Si enim in Officiniſ præſto ſemper aſſerventur; vix hora minuta exiget tota compositio in hunc modum præſcribenda. R. Mift. Card. Aq. 3xiiſ. Mift. Card. Edulc. 3iſs. m.

Mift. Cardiacæ Oleosæ 3x.

R. Vitel. Ov. N. j. Ol. Cinnam. Nuc. Moſc. a gut. iv. Sacch. alb. 3iſs. Succi Cherm. 3ij. Vini Canar. 3vij. m. col. Ingerantur cochl. iij. in Lan- guoribus.

Mift. Carminativa ibj.

R. Vin. Canar. & albi a 3vj. Spir. Vini opt. non reſtric. 3ij. Vitel. Qv. N. j. Sacch. alb. 3j. Ol. Jujip. gut. xxxij. Ol. Nuc. Moſc. Carui, Feonic. Anisi a gut. viij. m.

Pro Dosi præbeantur cochl. v.

Mift. Carminativa Anodynæ ibj.

R. Rad. Alth. 3ij. Coq. in Aq. font. ibij. ad ibj. Col. Deinde. P 4 R. Sem.

R. Sem. Anisi, Foenic. dulc. Carui, Coriandri. à 3ij. Bac. Junip. 3fs. Contusis affunde Aq. Rutæ, Puleg. Gent. Comp. à 3iv. Bryon. comp. Peon. comp. à 3ij. Macerentur in vase clauso, & loco tepido, 4. horas Col. & utrisque colaturis simul mitis adde Syr. de Mecon. 3iv. Laud. liqu. Sydenh. gut. xl. m.

Contra dolorem & vigilias ex Colica, aut Calculo.

Dos. 3iv. ad 3vj.

Mixtura Clysteris ans.

R. Syr. è Spina Cerv. 3ij. Elect. Lenit. 3j. Spec. Hieræ 3j. m.

Vide Enema Purgans.

1. *Mift. Colica.*

R. Tinct. Rhab. 3fs. Pul. Rhab. 3fs. Syr. Ros. Sol. 3fs. Pul. Piperis longi gr. iij. Ol. Anisi gut. ij. m.

In enormi Vomitione, & horrendis Torminibus adjici debent Laud. Liq. gut. xx. vel xxx. & Sal. Absint. 3fs.

2. *Mift. Colica.*

R. Aq. Ment. 3fs. Cinnam. fort. 3fs. Elix. Propriet. tartarifati 3j. Ol. Junip. gut. ij. Rhab. pul. 3j. (vel 3fs.) Sal. Absinth. 3fs. Spir. Sal. Armon. gut. xv. m. f. Haustus.

Mift. ad Concretiones.

R. Aq. Hyssopi, Foenic. à 3ij. Aceti still. 3vj. Spir. Vini rectif. 3fs. Ocul. Cancr. 3j. Sperm. Ceti, Mumiae à 3j. Laud. Londin. gr. iv. Syr. è 5 Radicib. 3fs. m.

Si Acetum in vase figulinio invitreato coquatur ad quartæ partis evaporationem, erit in istar Aceti destillati; iisdemque usibus inserviet.

Hujus ope non tantum impedietur Sanguinis effusio.

effusi concretio ; sed partes ipsius Crassiores incidentur, attenuabunturque paulatim : Tenuiores autem una cum Sudore , aut insensibili Transpiratione, discutientur continuo ; quin temperatis ejusdem partibus acrioribus. Dolor lenietur ; tandemque in totum tolletur ; ipsaque adeo solvetur ac dissolvetur Obstructio. Quali sola , in tempore atque diligenter usurpatâ , curatæ sunt non semel incipientes Pleuritides , & Peripneumoniae ; aliarumque partium Inflammationes fatis graves, atque anxietatibus, doloribusque acutis molestæ. Sylv.

Affumat saepius æger cochl.j.

Misturae Consolantis tibj.

R. Vini Xeroensis tbs. Aq. Cinnam. fort. ʒiv.
Aq. Ros. Sacch. candi albi ʒij. Succi Chermes
col. ʒj. Spec. Lætif. Galeni ʒij. Fol. Auri N°. iv.
Ol. Nuc. Mosc. gut. iv. m.

Hoc. Pharmacum expiscatus sum à Generoso quodam perhonorando, in cuius familia pro sacro deposito , & summo secreto fuisset conservatum ; atque à Matre ad Filiam constanti successione , per aliquot Generationes , religiosè traditum. Concoctionem juvat ; Cruditates corrigit ; Flatus dissipat ; Calorem naturalem foveat ; Gravidas languentes specificè recreat ; Fœtum debilem consolatur ; Abortum à Spirituum dejectione oriturum præcavet ; viresque vigoremque , quo Partus opus feliciter peragatur , optato suppeditat. Solùm languentibus inscribitur ; & nullo modo suaderem Constitutione firma & calidâ utentibus , Plethoricas , & Menses fluxioni obnoxias usurpandum. Propinennatur ʒij. manè. Et vesperi , quoties virium lapsus expofercit ; atque ultimo præfertim ingravidationis mense , usque ad Partum.

Misturæ Corallatæ 3vj.

R. Coral. rub. sutilissimè laevigati 3ij. Sal. Absint. Æiv. Succi Limon. 3iv. Aq Cinnam. fort. 3ij. m. Stent in vitro capaci.

Ventriculi subversionem , nixumque Vomitorium , quasi ~~σθεός ἀπὸ μηχανῆς~~ mire reprimit. In Febribus continuis , Angore Stomachali , & Vomitione symptomaticā afflignantibus , sæpius observavi plus levaminis ab hoc unico remedio , quam ab omnibus aliis , quæ anxiè studendo , & variè tentando , invenire potui. Dentur cochl. ij. singulis horis , vase priùs probè agitato.

Mistura Diaulphuris.

R. Syr. è Succo Cynogl. 3iv. Balf. Sulph. Ani-
fati gut. 8o. m. Dos. cochl. j. vesp. & manœ.

Contra Tussim vespertinam , à sero tenui acri
ortam.

Mist. Diuretica 3xii.

R. Vini albi 3xii. Ol. Junip. gut. xxiv. Ol. Ani-
fisi gut. xij. Sacch. 3ijs. m.

Pro 4. dosibus cum Sp. Sal. Armon. gut. xx.
ad Arenulas.

Diuretica , non nisi præmissis Universalibus , primas vias abstergentibus , & laxantibus , item cruditates Massæ Sanguineæ corrigentibus , aut nonnihil evacuantibus , sunt usurpanda. Ex usu Terebinthinæ , post cibos crudos & viscidos afsumpta , Urinam suppressam observavit Hilda-
nus , Cent. 5. Obs. 59.

Misturæ Ecphractica 1bvj.

R. Summit. Pini concif. M. vj. Coq. in Aq. 1bv. ad 1bj. Col. fortiter expressæ adde Succi depu-
rati Cochl. hort. 1bj. Becab. Nafturt. aq. Tarax. a
1bfs. Aq. Raph. comp. 1bfs. Huic Misturæ dissol-
ve Vitrioli Martis Ævij. per noctem reponatur,
ut

ut subsideat fæx lutea; dein liquori claro effuso
adde Sal. Absinth. Æiv. Sacch. albi 3 xij. m.

Sanguinem depauperatum exaltat; faculenta-
tum depurat; in partes secedentem remiscet; &
cunctantem accelerat: dein faburram Scorbuti-
cam, aut Atrabilariam, in Mesenterio, Liene,
Hepate; Utero, vel Habitu corporis depositam,
obstructiones figentem, dissolvit; poros, &
succorum itinera aperit, detergit, & tranabiles
redit: Denique circuitonem per minimos ma-
chinæ humanae meatus liberiorem vindicat;
omniumque functionum vitalium munia redi-
tegrat, & commodè ut obeantur efficit. Dosi
3 iv. manè, & quartâ pomeridianâ.

Misturæ Epilepticae 3 vj.

Aq. flor. Tilie, Fenic. à 3 jj. Syr. Stæchad.
Syr. de Mecon. à 3 j. Spir. Sal. Armon. 2 j. m. pro
duabus dosibus.

Vide Haufum Cephal. & Julap. Cephal. Ad
me transmittebatur hæc formula à Luggduno Ba-
tavorum: & dicebatur elle Secretum Fred.
Deckers, quod plurimum ille æstimat, & fre-
quentissimè præscribit; Atque re vera, quæ Fla-
tus dissipant; Spiritus depurant; & Explosiones
reprimunt (quæ hujus remedii manifestissime
sunt intentiones) ad Paroxysmum Spasmodicum
dissolvendum rite destinata elle videntur.

Mistura ad Erysipelas.

R. Spir. Vini tbs. Theriacæ Ven. 3 jj. Piperis
longi, Garyoph. à 3 ij. m.

Dr. Sydenham (cuius hoc est præscriptum)
Phlebotomiæ & Cathartæ primum celebratis, Fo-
tu utitur Emollienti, Difcutienti, & Diaphore-
tico; dein chartâ emporeticâ hæc Misturâ ma-
defactâ partem affectam circumvolvit; nempè ad
ma-

materiam impactam evocandam, discutiendamque. Emplastica enim, Refrigerantia, & Repellentia (praesertim si Faciem, aut Caput, Erysipelas occupaverit) longe sunt periculosissima.

Sed Spiritus Vini convenit (inquit Heide) quia subtilitate, & particularum motu, distortos cutis tubulos, & fibras, in naturalem ordinem reducit; atque ita poros aperit; & materiam per Diaphoresin educit.

Atque hic observatiunculam quandam, non nullius quidem momenti, adjiciam; quod hujus applicatio nigrorem parti inducere solet, qui in expertis, & causam nescientibus, Gangrenæ terorem incutere potest: at vero luridum iste color nil mali ominatur; siquidem non Morbo spiritus perimenti, sed Remedio cutim pingenti, omnino debetur.

Mifturæ Expectorantis 3xii.

R. Tinct. Benzo. 3ss. Tinct. Croci (Sp. Vinparatae) Tinct. Myrrhæ, Tinct. Gum. Ammon. Spir. Sal. Armon. a 3j. Aq. Hyssopi 3vi. Aq. Lumbicor. Magistr. 3ij. Syr. de Praeflio 3ij. m.

E volatilibus, acribus, penetrantibus, Gummosis, & Balsamicis conflatur. Titulusque Vires ejus satis indicat. Sumantur cochl. ij. quoties Pituita tenax Guttur Thoracemve aggravat; & Anhelitum Tussimve laboriosam infert.

Mift. Expect. 3x.

R. Aq. Hyssopi 3viii. Tinct. Benzo. 3ss. Tinct. Gum. Ammon. Sp. Sal. Armon. a 5 gut. 40. Ol. Anisi gut. viii. Sacch. 3j. m.

Mift. de Glycyrriza.

R. Succ. Glycyrrh. Hippop. 3ij. Dissolve super ignem in Aq. Hyssopi 3iv. Col. admisce Syr. de Mecon. 3iv. Subinde inter dissolvendum adde Croci gr. xvij. & colature Ol. Anisi gut. ij. Tinct. Ben-

Benz. 3ij. atque loco diacodii, Oxymel simplex.

Adversus Tussim Catarrhalem dentur cochl. iv. vesp. vel cochl. j. per vices urgente tussi,

Mift. ad Gulam.

R. Sem. Psyllii, Cydon. 3ij. Coq. in Aq. 1bfs.
Col. 3iv. adde Alb. Ovi conquaſſ. N. j. Aq. Ros.
Dam. 3ij. Syr. è Rubo Idæo 3iſſ. m.

Ad Gulæ Ardorem, Siccitatem, & Asperitatem, sumatur cochl. j. poſt ſingulas oris collutiones.

Mifturæ Hystericae Aquosæ 1biij.

R. Aq. Artemif. Ceraſ. nig. à 3xij. Aq. Rutæ,
Puleg. Bryon. comp. à 3vij. m.

In Officinis aſſervari vellem, ut exindè Julia-pia Hysterica raptim, & fine temporis diſpen-dio, hanc juxta formulam, parentur, ſcilicet.

R. Mift. Hyſt. Aq. 3xij. Margarit. præp. 3j.
Sacch. candi albi 3iij. m.

Vel, R. Mift. Hyſt. aq. 3xfs. Tinct. Caſtor. 3iv.
Syr. Garyoph. (vel Milisloph. de Artemif. Stæ-chad. Pecon. comp.) 3iſſ. m.

Mifturæ Hystericae Spirituosa 3fs.

R. Tinct. Afæ fœt. (Spir. Vini extractæ)
Tinct. Galb. Tinct. Caſtor. & Spir. Sal. Armon.
(vel cc.) à 3j. Ol. Succini gr xxxij. m.

Hujus Mifturæ elementa quoniam hetero-ge-nea ſunt, non adeò ſtriictim aduniri poſſunt, quin facilè à fe invicem ſecendant, & poſt bre-vem quietem separatim confpiciantur: fi verò paulum vas agitetur, confeſtim denuo ſimul con-fundentur, & in liquorem laetis ſpecie albidum coalescent.

Hystericis ſummo eſt ſolamini: ſpeciatim ve-rò Parturientibus, quoties (ſpiritibus Hysteri-ce conturbatis, & non vividè ſatis ad Muſcu-

los Abdominis, Partesque partum promoventes, influentibus) dolores necessarii deficiunt; & uterus ad Expellendi conamina non fortiter affurgit; in hoc inquam casu, hujus usus divinitus quasi opem ferre, & supra omnia penè auxilium ministrare solet. Præbeantur gut. xx. vel xxx. in vehiculo idoneo; & repetantur per debitas vices.

Mistura Juniperina.

R. Ol. Junip. 5j. Vitel. Ovi N°.j. Syr. albi 3ij. m. & col.

Eodem artificio efficacissimæ possunt institui Misturæ ex quibuslibet Oleis Chymicis, pro varia præscribentibus intentione.

Ventriculum & Intestina refrigerata, flatuosa, tono fracta, & dolentia, summe relevat: Renes, & Ureteres, debilitatos, à muniis feriantes, & infarctos, egregie reficit, stimulat, & purgat. Dos. cochl. j. bisterve in die, vacuo ventriculo.

Mistura Moschatæ 3vj.

R. Succi Ment. depur. 3iv. Aq. Absint. comp. Cinnam. fort. a 3j. Catfor. pulv. 3j. Mosch. gr. iv. Sacch. candi albi 3ij. m.

Contra Stomachi dolorem, Vomitum, & Singultum instituitur. Vide Julap. Mosch. Ministrantur cochl. iij. per vices debitas.

Mist. ex Oculis Cancrorum 3xij.

R. Aceti acidissimi 3iv. Ocul. Cancr. in tenue Alcohol redact. 3fs. Misce in mortario vitro, & cum deferuerint, adde Aq. Laet. Alexit. 3iv. Aq. Theriacal. still. 3ij. Col. edulc. cum Syr. Balsam. 3ij. m.

In Fèbre Intermittenti, vaga, anomala, vel vulneraria: itidem in Conturbationibus, & Do-

Ioribus Hypochondriacis; dosis sit ʒ iii.

Mift. ad Oris Ulcera.

R. Pul. Balauſt. Alum. crudi, & uſti à ʒ ſs.
Coq. in Aq. Plantag. q. f. Col. ʒ v. adde Mel. Ros.
ʒ j. Ung. Ägyptiaci ʒ ſs. m.

In Oris Ulceribus uſurpatur à multis Vitrio-
lum uſtum, & Ärugo, & Unguentum Ägypti-
acum; monet tamen Fabr. Cancrosis illud Ul-
ceribus eſſe adverſiſſimum. Sennert. tom. 2. p.
647.

Unguentum Ägyptiacum in Cancro exulce-
rato nunquam uſurpandum eſt; mirum enim in
modum nōcet. Muys Podalyr. 71.

Mifturæ Oleoſæ ʒ xii.

R. Ol. Amygd. dulc. (vel potius Ol. Nuc. Ju-
gland.) ʒ ij. Syr. Alth. ʒ iv. Aq. Parietar. ʒ vj. Sal.
Prunel. ʒ j. m.

Lubricat, Relaxat, Acrimoniam obtundit,
& moderate Diureſin promovet. Universaliter
obſervandum eſt, quod in Paroxysmo Nephri-
tico, quod gravior eit Dolor, eò minus, & mi-
tiora, ſunt adhibenda Diuretica; cuius ratio pe-
tenda eſt à ſupradictis ſub titulo Hauſtus ad Are-
nulas, & Julap. Diuret. Aromat. Dos. ʒ iii. vel
ʒ iv.

Miftura Pacifica.

R. Laud. liqu. tartaris. ʒ iii. Ol. Nuc. Mofch.
Cinnam. à gut. iv. m.

Vires habet cum Laudano communes: fed
ſpecialius reſpicit Vomitionem, & Diarrhoeam
Inſuper hoc modo larva Laudano obducitur
ne facile Patienti, aut Aſtantibus ſuboleat: quod
quidem artificium ex uſu ſit perquam neceſſa-
rio, quoties nimis iū vel curioſi, vel abhorren-
tes fuerint.

Mift.

Mift. Papaverina

R. Aq. Lact. Alexit. 3ij. Aq. Cinnam. 3j. Syr. de Mecon. 3ij. Fol. Auri N°. iii. m. Dos. cochl. iv. ex vehiculo appropriato.

Mifturæ Paralyticæ 3fs. vel 3vj.

R. Spir. Cochl. 3ij. Sp. Lavend. comp. & Castor. aī 3is. Elix. Prop. Tartarif. 3j. Ol. Nuc. Mofch. gut. iv. Cinnam. Garyoph. aī gut. ij. m. Addi possint Sp. Sal. Armon. vel cc. 3ij.

Ventriculi fermentum iners acuit ; ejusque collapsum tonum restituit : Sanguinem pituitosā colluvie inquinatum attenuat ; materiamque defæcatam , & subtilem , Cerebro suppeditandam , preparat : Spirituum elasticitatem vindicat ; Nervos obstrūtos deoppilat ; Fibrasque motorias detergit. Commodissimè exhibetur ad Ventriculi debilitatem , sive resolutionem , propter Nervos alicubi obstrūtos , excitatam ; ad Paralyxin præsertim Scorbuticam : atque summatim ad quoscunque Functionum Animalium deficientium Affectus.

Paralyticis autem Biliosis (nempè quorum Sanguini acri , & calido , multum Salis & Sulphuris , Serique perexiguum ineft) hujusmodi Pharmaca calidiora , & particulis valde activis prædita , minus congruunt ; imò fæpiùs ostiunt : quæ tamen Pituitofis , quorum Sanguis frigidior plurimum Seri paucioraque elementa activa continet) maximè profunt.

Concedantur gut. xxx, in vehiculo appropriate ter in die.

Mifturæ Pectoralis 1bij.

R. Decoct. Pect. 3xxx. Tinct. Croci (Aq. Ther. paratae) 3vj. Tinct. Benzo. 3ij. Syr. Hed-terr. 3is. Ol. Anisi gut. j. m.

De-

Decoctum Pectorale (ob mucilaginosam, incrassantem, & mitigantem, substantiam) successus molles generat, Sanguinis acrimoniam retundit; ejusque colligationem inhibet: Dein Crocus, Benzoe, Anisum, & Hed. terr. (proprietate aromaticas, ballamicas, & volatiles, particulas) Pulmones ipsos roborant, delicatule suppungunt, & in nixus excretorios instigant: Atque ita haec Mistura & materiam Tussis praescindit; & faburram impactam exterminat. Prospicentur calide 3vj. ter in die.

Misturæ Peruviana æ xxiv.

R. Pul. subtil. Cort. Peruv. 3j. Aq. Laet. Alexit. 3xij. Aq. Ment. Cinnam. fort. Epidem. Syr. Garryoph. a 3ij. Ol. Nuc. Mofch. gut. iv. m.

Hic elegans & jucundus modus exhibendi Corticem in substantia, vix ulli unquam fastidium, & non nisi raro Diarrhoeam excitat. Assumantur 3ij. tertii quartiæ horis durante lucido intervallo. Vide Eleæt. Peruv.

Mistura Plateri.

R. Spir. Vini (vel Aq. Regin. Hung. vel Tinæt. Castor.) 3ij. Succi Cæp. 3j. Ol. Spicæ gut. ij. m.

Ad Aurium Timnitum, & Dolorem.

Mistura Pleuritica.

R. Aq. Hyssopi 3ij. Fœnic. 3j. Epidem. Theriacal. still. a 3is. Ocul. Cancr. pulv. Bezoard. Mineral. a 3j. Sp. Sal. Armon. gut. xv. Laud. Opiat. gr. ij. Syr. e Succ. Flor. Papav. errat. 3j. m.

Post Venæfæctiones debitas, Pleuritidi convenit; Dolorem punctorium & Tussiculam tollit. Æger sumat cochl. unum alterumve singulis horis.

Mistura Puerpararum.

R. Sperm. Ceti 3j. Bal. Peruv. gut. x. Ol. Nuc.

Q

Mofch.

Mosch. gut. iv. Ol. Anisi gut. j. Vitel. Ovi N°. j.
Subactis in Mortario adde Sacch. alb. 3ij. Aq.
Ceraf. nig. 3is. Ment. Puleg. Theriacal. a 3j. Aq.
Cinnam. 3is. Spir. Sal. Armon. Laud. liq. a gut.
xxx. m. pro duabus dosibus.

Mistura Salina.

R. Aq. Puleg. 3vj. Sal. Tart. 3ij. m.
Capiatur cochleatim in Juscule contra Vomitionem.

Misturæ Saponaceæ 3vj.

R. Sapon. Ven. raf. 3j. Dissol. in Aq. Puleg. 3ij.
adde Syr. Capill. Ven. 3ij. Syr. de Praessio 3j. Ol.
Anisi gut. iij. Col.

Efficacissimè lubricat, attenuat, dimovet, stimulat, ac è Pulmonum profundo expectorat.
Dentur ad Phlegma tenax, Orthopneam Tussimve laboriosam concitans, cochl. ij. sèpiùs in die.

Mist. Saturnina.

R. Spir. Terebint. 3ij. Sacch. Saturni 3fs.
Camph. 3j. m.

In Gonorrhœa (exturgescente Genitura) Nocturnâ Pollutione, Furore Uterino, dentur gut. à xv. ad xxx.

Misturæ Scorbuticae.

R. Aq. Raph. comp. 3is. Sp. Cochl. 3ij. Elix.
Prop. Tartarif. 3ij. Spir. Sal. Armon. 3j. Ol. Junip.
gut. 40. m.

Scorbuticis, quoties Ventriculi laxitatem, Inappetentiam, Corporis languorem, & lassitudinem, Membrorumque stuporem, aut resolutionem patiuntur, Aromatica hæc, & Volatilis Mistura multo cum fænore ministratur. Capiantur gut. xxx. in vehiculo parco, solidiori, hora j. ante Prandium, & Cenam, si Ventricu-

Io prospiciendum fuerit: In copiosiori autem, liquido, & longè à pastu, bis in die, si res Corporis publicæ magis curandæ venerint.

Mifturæ de Spermate Ceti 3vj.

R. Vini Canar. Ol. Lini aii 3ij. Ol. Terebint. gut. x. Sperm. Ceti, Ocul. Cancr. aii 3fs. Sacch. albi 3ij. m. calidè pro unico haustu.

Prodest (post Phlebotomiam) præcipitatis ab alto, ruptis, contusis, fractis, & quibus Sanguis in Corpore coagulatus, & extravafatus substitit.

Miftura Stomachica.

R. Aq. Cinnam. fort. 3j. Ol. Vitrioli 3j. Ol. Garryoph. gut. xxiv. m.

Appetitum excitat; Stomachum roborat; Nauseam tollit; Vomitum sedat; denique iisdem pollet viribus ac operosum illud Elixir Vitrioli Myntichti. Dentur gut. xl. plus minus ex haustu Vini Canarini vacuo ventriculo.

Mift. Succinata.

R. Vin. alb. Ulyssopon. thj. Vin. Canar. Aq. Raph. comp. aii thls. Sal. Succini, Sal. c. c. Prunel. tart. aii à 3fs. ad 3j. Ol. Terebint. gut. 4o. Sacch. alb. 3j. Syr. è 5. Rad. 3ij. Spir. Coch. gut. 160. m.

Ad Diuresin promovendam propin. 3iv. manè & vesp. atque vespertinis dosibus instill. Laud. liqu. gut. xx.

Mift. Tartarea.

R. Aq. Cinnam. fort. 3vj. Ol. Tart. per deliqu. 3ij. Spir. Sal. Armon. gut. 90. m.

Cochleatum afflumatur ex haustulo Vini Canarini, in Colica, post Purgationem; addendo Laud. liqu. q. s. pro re nata.

Mift. Therebinthinacea.

R. Terebint. Ven. ʒj. Vitel. Ov. N°. ij. Ol. Ani-
si gut. iiij. Solutis fentim admisce Syr. Alth. Vini
Malacens. añ ʒvj. m.

Ad Urinam ciendam, Arentulas, & Ulcus Re-
num aut Vesicæ , dentur cochl. iiij. vel cum vel
fine Laudano.

Mift. Thebaica.

R. Laud. Lond. (vel Opii Thebaici) gr. xij.
Dissolve in Aq. Ceras. nig. ʒxij. & Sp. Vini rect.
ʒfs. Adde Sacch. ʒfs. Col. instill. Spir. Sal. Ar-
mon. gut. 36. m.

Pro vj. vel ix. dosibus, vase diligenter agitato.

Mift. ad Tormina.

R. Aq. Ment. Cinnam. Steph. a ʒj. Syr. de Me-
con. ʒij. Vitel. Ov. N°. j. Ol. Junip. Spir. Sal. Ar-
mon. a gut. xx. Sal. Absint. gr. xvij. m. pro duábus
dosibus.

Ad Colicam Flatuosam , & Ventris tormina.

Miftura Tabularis.

R. Cort. Pittach. ʒvj. Nicot. ʒij. Fol. Tuſſilag.
ʒj. Ol. Anifi gr. viij. m.

Fumus ejus, instar Nicotianæ , suffletur, ad
Catarrhum fistentum, & Phthisim præcavendam.

Mift. Volatilis ʒvj.

R. Syr. Balf. Tolut. ʒv. Spir. Lavend. Comp.
Spir. Sal. Armon. a ʒfs. Ol. Nuc. Mosch. gut. xij.
Ol. Garyoph. gut. vi. m.

Cephalica eſt , Stomachica. Cardiaca. Detur
cochl. j. ex vehiculo appropriato.

Nodulus Hystericus.

R. Aſſæ fet. ʒfs. Caſtor. Camph. a ʒj. Ol. Suc-
cini ʒfs. m. f. Nodulus.

Naribus admotus Hysteris succurrit ; nam-
que